ipse jussit, πάντα τε προσέχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν, facie,
qui quod jussi sum, ejus providentiae permittentes eventum
committemus: meam autem sententiam de toto negotio interpellat Heidelbergensis tabellio, per quem necesse est nostro
Mylio et quibusdam studiosis adolescentibus respondere,
quorum iste subinde negotium facessunt satis alioqui ne-
gotioso. Quod me amas, ut facis, et illas tuae in
me amoris causas sane non agnosco, sed hoc illud est
quod ait in legibus Plato. τυφλοῦται περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν. Interea unus Christi Spiritus, per
quem clamamus Abba, id est pater, satis efficax glutinum est, neque temporarii, neque incerti amoris,
quo velut indissolubili nexu, et cum Domino Iesu
nostro: et inter nos devincti sumus. De conatu ve-
stri Antistitis, et de Ecclesiae statu scribam aliàs,
plus otii nactus, nunc vale vir humanissime, cum
honestissima conjuge, cui Dominus benignè faciat,
Amen. Salutem dic amicis praesertim piis. Mea
uxor, nisi quid adversi accidat, et si Deus volet, au-
tumno Mylio vestro visitet. Salutem precor Dn. Doct.
ri Alberto, et Dn. Cons. Mormanno, et Senatori meo
hospiti, Dn. Johanni Amsterdam, et illius uxori,
et sorori M. Jacobi Comelini, et illius matri, quae
nunc omnes in luctu sunt, ex missis è conspectu Mar-
ritis. Bremae postridie Calend. Augusti Anno cIↃ IↃ
LXXIII.

puerorum custos.

Johannes Molanus.

M. Jacobo Mylio

Pax Christi.

212)

[= Hoc in a. 4: N.. 230]

Perfluit ut intelligo hic noster Jason effuso amabili,
quae fiunt à nobis, quaeque dicuntur, omnia in aurem
susurret, facile et intelligam, quo nam sim loco apud
istum tuum auditorem nostrum. Sed nihil eorum ora-
tor alia qui argute disputando, ut rem conatus erat,
verat dum elegante doctrinae prophanos morosus velut
dant rem floribus immittere inclinantur. Equidem
quod conspicidere pares, laudo: sed nostri illud Caton-
nis. Contra verbosos noli contendere verbis. Sentio

Catechismum laudabant ulti eruditione plenum fuisse. Dum ibi
qui quum iam vivere, nempe primum hic noster Erastus
sese adjunxit. Supervenit Olevianus. Utrosque praeter alia
quae Castalioni multa fecere, accurate magis cum ipso se ger-
serunt, indignum fuisse Tullianis Genevensis Senatu, qui
Serveto (homini impudentissimo) capitis supplicium inflixis-
set. Reniteri pro illa haeresi nullam. Castalionem fa-
licet Castalio potuit. Hic noster hoc dilemmate illos
urgebat. Aut obduratur hereticus, aut resipiscit; si obduratur,
immolatur Diabolo victima, sin resipiscit, erit in poste-
rum utilis Ecclesiae. Respondi, eodem syllogismo latro-
nem judiciis eripi, et Magistratui gladium e manibus
extorqueri. Scripsit non multo post Weierus Doct.
de praestigiis daemonum. Non credulitates esse fa-
gas aut veneficas, errore mentis eas duci, neque ea
designare, quae se perfecisse confiterentur. Hic dogma
noster continuo arripuit, tenuitque acerrime. Heri, ni-
mirum ex eodem fonte oriebatur, restitui eius Weierus
autor etiam multis alterationibus, exegit homi-
nem multo magis, singulisque doctorem illum, ut praestigi-
as e Latinis Germanicas faceret, Senatuique Bremensi
dedicaret, pro eo honore quinquaginta taleros nactus
accepit. Huiusque hic plerique sequuntur, evidentem hanc
civilis disciplinae rationem, ut malefici impune tol-
erarentur. Quamvis autem in urbe nostra etiam magnam
Nobilitatem urgere nunquam destitit, donec tandem ve-
ster iam receptum terrorem jugularit. Quem adjungere
vit Theses quasdam Ecclesiasticae disciplinae opponi,
repente magnum animi sui rogationem praetergressus ad
Theses traduxit, his extremum etiam eruditus, de his lo-
quitur in congressibus, in conviviis: de his ipsis scri-
bit Bullingero, Gualtero, Pezelio et quibusdam aliis.
Tum se quid illi magni nominis viri ex ipsius voluntate
respondeant, circumferret, ostendit, ostendit. Subli-
cet urbis praesentibus authoritatis plenissimae Tyrannidis
pestem (sic enim vocant) ab Ecclesia nostra arcere,
quam longissime tenebit. Aliquis nunc dicet tales esse
modi Medices nostri majores, qui hunc concivibus
et e longinquo petitis remediis, corruptissimos homi-
num contagiosissima et mortifera aliquo modo a
contagione praeservant. Bremae septima Augusti 1573.

Johannes Molanus.